UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De contritionis veritate aureum opus Fratris Joa[n]nis Viualdi de Monte regali. ordinis fratrum predicatoru[m] sacre pagine professoris

Vivaldus, Joannes Ludovicus

[Augsburg], 1518

VD16 V 1772

Jra dehonestat corp[or]is dispositione[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30734

Visual Library

cleſiaſtici.xxxvij.c. Propter crapulā multi obierunt: qui autē abſtinēs eſt/ adij-
Septi- ciet vitā. Septimo gula inducit mortē culpe. Hinc Paulus.j.ad Timoth.
mum. iiij.ca.ait. Uidua in delitijs viuens/mortua eſt. Et Ambroſius in ſermone
quadrageſ.ait: Fames amica virginitati eſt/inimica luxurie: Saturitas ve-
Octauū ro caſtitatem prodigit/nutrit illecebram. Octauo gula inducit mortem ge-
henne: vt patet de diuite epulone/qui induebatur purpura z byſſo z epulaba
Nonum. tur quotidie ſplendide: ſed tandē mortuus eſt hic diues z ſepultus in inferno.
Luce.xvj.ca. Nono inducit rebellionem carnis/ eſt enim caro noſtra velut
ſerua/ratio autem velut domina: quando ergo laute/delicate/vel inordinate
nutritur corpus: rebellat z repugnat rationi. Ideo Prouer.xix.ca. Qui delica
te nutrit ſeruū ſuū: poſtea ſentiet eum cōtumacem. Si autē ſcire vis quot ſūt
ſpecies gule/lege verſus ſequentes.

Gula nimis laute/p̄propere/vel ſtudioſe
Lauta nimis: z inepte loquax/ſcurrilia fouet
Ebrietas/hebes mentis/pollutio fede.

De peccato ire.

IRa ſecundum Iſidorum in.x.libro Etymologiarum
dicit᷑ ab ir quod eſt flamma: q꞉ ira accendit z inflammat. Iracundus
vero dictus qui accenſo ſanguine in furorē cōpellit᷑: Ideo ira ſm Au-
guſtinū eſt vlciſcendi libido. Uel ſm Caſſiodor꞉: ira eſt motus animi
cōcitatus ad penā. Uel ſm Hugonē: ira eſt ſubita animi tempeſtas / que dum
inordinate ſe cōcutit: cor hominis ad inſaniā ꝑtrahit. Uel ſm Thomā in.ij.ij.
q.clviij.ar.j. Ira ꝓprie eſt paſſio q̄dam appetitus ſenſitiui/ a qua quis iraſcibi
lis denominat᷑. Uel ira ſm Damaſce. vt habꝫ Thomas in.j.ij.q.xlviij.ar.ij.ē
feruor eius q̇ circa cor eſt ſanguinis ex euaporatōe fellis. Motus em̄ ire vt dr
Thomas ibidē. cauſat᷑ ex aliqua iniuria collata. Ideo appetitus ſenſitiuus po
tiſſime tendit ad repellendum iniuriam ꝑ appetituꝫ vindicte: z ex hoc ſequitur
magna vehemētia z impetuoſitas in motu ire: Et quia motus ire nō eſt ꝑ mo
dum recreatiōis/cui ꝓportionat᷑ frigus: ſed magis ꝑ modum inſecutionis / cui
ꝓportionat᷑ calor: cōſequēter fit motus ire cauſatiuꝰ cuiuſdā feruoris ſanguinis
z ſpirituū circa cor/quod eſt inſtrumentum paſſionis anime: z ſic propter ma-
gnam ꝑturbationē cordis que eſt intra: maxime apparent iratis indicia quedā
in exterioribꝫ membris. Hinc Gregorius in.v.li.moraliū.ca.xxxj.dr ſic. Nam
ire ſue ſtimulis accenſum cor palpitat: corpus tremit: lingua ſe ꝑpedit: facies
igneſcit: exaſperant᷑ oculi: z nequaq̄ꝫ recognoſcunt᷑ noti: ore quidē clamorē facit
ſed ſenſus q̇d loquat᷑ ignorat. Hec Greg. Nota ꝙ ira ſubtrahit ab homine
plura bona ſm Robertū holkot in cōmento aureo ſuꝑ lib. Sapiē.lec.cxxv. Et
alios doctores catholicos.

Ira dehoneſtat corꝑis diſpoſitionē.

PRimo ira deſtruit honeſtatē corporalis diſpoſitionis. Nam quantum-
cunq̄ꝫ ꝑſona ſit pulcra: ira tamē ſubuertit z immutat oīa membra: Uñ
genarꝫ rubor accenditur: aut pallor nimis dehoneſtat: lingua ceſpitat: z
breuiter oēs corporis geſtus ꝑ tremorem immutant᷑. De hac etiam immuta-
tione loquitur Seneca.in.ij.libro de ira/ſic dicēs: Nihil eque profuit iratis ſi
cut intueri deformitatē rei: ſcꝫ ire. Nam in ea facies turbatior: ora pulcerrima
fedat toruos vultus ex tranq̇lliſſimis reddit: linquit decor omnis iratos. Et ſe
quitur: Qualem putas eſſe animū cuius imago tam feda eſt. Ideo dicit q̇daꝫ
philoſophus: ꝙ iratis profuit aſpexiſſe ſpeculū vt imago repercuſſa oſtenderet

homini ſuā deformitatē. Hec Seneca. Item in tertio libro de ira: inquit. Nul-
la facies fere quātūlibet agitetur eſt ita turpis ſicut hoīs ira flagrātis. Nar-
rant fabule ꝙ minerua aliquādo delectata eſt in muſica tibiaꝝ. Cum ergo ſe-
mel inſufflaret tibias iuxta quendā fluuiū vidit buccas turpit̄ tumeſcētes et
ſtatim fiſtulas ſuas proiecit. Minerua eſt dea ſapiētie: ꝛ quia ſapiētes inter-
dum ſunt indignantis nature: iuxta illud Salomōis Eccl's. j. c. In multa ſa-
pientia multa eſt indignatio. Ideo ſi ſapiēs quādoq; per motū iracūdie tangi-
tur debet cōſiderare indigentiā ſui ſtatus vt caueat ab iracundia. Hinc Hie-
ronymus ad Demetriā ait. Quid iracundo furor ſuus cōfert quē ſeuiſſimus
exagitatū ſtimulis cōſcientie ira ab omni cōſilio ac mente deturbat vt dū ira-
ſcitur inſanire credat. Hec Hiero.

Ira impedit ꝛ obnubilat rōnem.

Secundo ira impedit poteſtatē naturalis rōnis. Cū em̄ ira ſit ebullitio
ſanguinis circa cor: ex illa ebullitione fumoſitates aſcēdunt que obnubi-
lāt oculū mētis: iuxta illud Catonis. Ira impedit animū/ ne poſſit cer-
nere verū. Sicut aūt obnubilato oculo corꝑali homo impingit felicit̄ in omne
quod occurrit: ſic obnubilato oculo mentis homo facile impingit ī om̄e qđ fue-
rit iniuſtū: ideo oīa animalia iracunda fetus ſuos pariunt imꝑfectos: vt dicit
Ariſtoteles. Sicut canis q̄ eſt iracundus parit catulos ſuos cecos. Et vrſus ſi-
militer parit fruſtū carnis: quia ſicut dicit magnꝰ Albertus in. xxij. libro de ani-
malibꝫ. Vrſus eſt anīal humidū valde: ideo vrſa in partu ꝓpter humoris abun-
dantiā parit fetum valde incōpletū. Ideo diu lambit ꝛ fouet donec ad linea-
menta ꝓpria deducat. Propterea fertur de Theodoſio imperatore: ꝙ cū eſſet
iratus ad iuſſa ſeuera nimiū erat precipitans. Et ideo philoſophus quidā ad-
monuit eū vt cum ſe iratum ſentiret anteq; ſententiam proferret. xxiiij. litte-
ras alphabeti in ſeipſo moroſe diceret: vt interim aliqualiter refrigeratus qđ
faciendum eſſet maturius poſſet diſcernere. Hinc Dauid in pſal. xxx. ait. Cō-
turbatus eſt in ira oculus meus/ anima mea ꝛ venter meus. Nota ꝙ in his ver-
bis Dauid pulcre oſtendit tria mala que ira facit in homine. Primū malū eſt
obnubilatio rationis. Ideo dicit: cōturbatus eſt in ira oculus meus. i. oculus
rationis: quia vt dicit ſanctus Thomas. in. j. ij. q. xlviij. arti. iij. ira inter cete-
ras paſſiones manifeſtius impedit iudicium rationis. Secundum malū eſt ꝑ-
uerſitas ſenſualitatis cum ſubiungit dicēs: anima mea. i. anīalitas mea qua-
ſi dicat: ſenſualitas turbata eſt. Tertiū igit̄ eſt lubricitas memorie: vnde ad-
ditur: ꝛ venter meus. Venter. i. memoria in quo cibus ꝛ potus ſacre ſcripture
debet recipi ꝛ decoqui: vt inde refundat̄ nutrimentū membris eccleſie. Hinc
diuus Hieronymus ſuper iſto pſalmo Dauid ſic ait. Contur batus eſt in ira
oculus meus quo te cernebam: anima mea qua te diligam. ꝛ venter meus quo
tui recordabor: hec omnia cōturbata ſunt ꝓpter priora delicta. Hec Hierony-
mus. Et ideo dicit Seneca. Duo ſunt que maxime iudicium impediunt: ſcili-
cet ira ꝛ feſtinātia. Etiam Varro philoſophꝰ dicere ſolebat. Imperitie ſignū
eſt exigere cito fieri quod difficillimū eſt. Et Socrates ait. Velox cōſilium ſe-
quitur penitentia. Propterea diabolus qui continue querit ſeducere animas
noſtras facit ſicut piſcator aſtutus qui quando vult faciliter decipere piſces:
cōturbat aquam ꝛ tunc eſt ſecurus ꝙ piſces non poterunt prouidere rete ſuū.
Eodem modo diabolus facit in quacunq; cōgregatione hominum. Nam im-
mittit turbationē per aliquem iracundum per totam congregationem. ꝛ tunc
deducit eos in peccata ꝛ malitias excogitandas ſicut ſibi placet: ſicq; totā cō-
gregationem reddit turbatā. Etiam Ariſtoteles in. j. libro Elenchoꝝ dicit ꝙ

Anīalia iracunda pariūt fetus imꝑfectos.